Ms V

Les folios

En passant la souris sur une vignette, le titre de l'image apparaît.

6 Fichier(s)

Les relations du document

Collection ** Hors collections **

Ce document a pour suite :
Ms M

Présentation

Mentions légalesFiche : Laurent Capron (Centre Jean Pépin, UMR8230, CNRS-ENS-PSL) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
Contributeur(s)

- Capron, Laurent (édition scientifique)
- Cucciniello, Maria Laura (édition numérique)

Information générales

Langue

- Grec ancien
- Latin

Collationp. XI-XVI (6 pages)
Etat général du documentBon

Informations éditoriales

Contexte géographiqueBiblioteca Nazionale Marciana (Venezia, Italie)

Description & Analyse

DescriptionPrésentation détaillée du manuscrit Venise, Marc. VI, 10 (= coll. 1300) [Diktyon 70516], de son histoire, de son contenu et de ses caractéristiques

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/eMSG/items/show/5?context=pdf

philologiques.

Pour des raisons d'affichage des caractères, certains symboles musicaux ne sont pas retranscrits.

Informations Bibliographiques (eMSG)

Titre	Auteur	Date	Lien
Die Wiederbelebung des classischen Alterthums: oder das erste Jahrhundert des Humanismus	Georg Voigt	1893	Lien externe
Die Tonleitern und Musiknoten der Griechen: nebst Notentabellen und Nachbildungen von Handschriften auf 6 Beilagen	Friedrich Bellermann	1847	Lien externe
Anonymi Scriptio de musica. Bacchii Senioris Introductio artis musicae : E codicibus parisiensibus, neapolitanis, romano primum.	Friedrich Bellermann	1841	Lien externe
Die Hymnen des Dionysius and Mesomedes: Text und Melodieen nach Handschriften und den alten Ausgaben bearbeitet	Friedrich Bellermann	1840	Lien externe
Κλαυδίου Πτολεμαίου Αρμονικών Βιβλία Γ. Claudii Ptolemæi Harmonicorum libri tres. Ex codd. mss. undecim, nunc primum Græce editus. Johannes Wallis, SS. Th. D. geometriæ professor Savilianus Oxoniæ, Regiæ societatis Londini Sodalis, Regiæque Majestati à Sacris ; Recensuit, edidit, versione & notis illustravit, & auctarium adjecit	Claudius Ptolemaeus	1682	Lien externe
Iter Italicum. Erster Band. Archive, Bibliotheken und Inschriften in den sardinischen und österreichischen Provinzen	Friedrich Bluhme	1824	Lien externe
Die Handschriften der Hymnen des Mesomedes	Carl von Jan	1890	Neue Jahrbücher für Philologie und Paedagogik
Ancient Greek music theory: a catalogue raisonné of manuscripts	Thomas J. Mathiesen	1988	Lien externe

Die Eisagoge des Bacchius. 1, Text, kritischer Apparat und deutsche Uebersetzung	Carl von Jan	1890	Lien externe
De Vi atque indole rhythmorum quid veteres iudicaverint. Insunt Leopoldi Cohn et Guilelmi Studemund lectiones codicum ad scriptores de re metrica et de re musica pertinentes	Georg Amsel	1887	Lien externe
Francisci Barbari patricii Veneti oratorisque clarissimi de re uxoria libelli duo	André Tiraqueau	1513	Lien externe
Francisci Barbari patricii Veneti, oratorisque clarissimi de re uxoria libri duo	Johann Setzer	1533	Lien externe
Notizie istorico-critiche intorno la vita e le opere degli scrittori viniziani, raccolte, esaminate e distese da F. Giovanni degli Agostini,...	Giovanni Degli Agostini	1754	Lien externe
Diatriba praeliminaris in duas partes divisa ad Francisci Barbari et aliorum ad ipsum epistolas : ab anno Chr. MCCCCXXV. ad an. MCCCCLIII. ... ; nunc primum editae ex duplici MS. Cod. Brixiano, & Vaticano uno	Angelo Maria Querini	1741	Lien externe
Gli Scrittori d'Italia, cioè Notizie storiche e critiche intorno alle vite e agli scritti dei letterati italiani, del conte Giammaria Mazzuchelli...	Giammaria Mazzuchelli	1758	Lien externe
De re uxoria libri duo, ut venustate sermonis præclari, ita et præceptis optimis et exemplis uberrimis ex omni græca latinaque historia collectis redundantes. Auctore Francisco Barbaro patricio veneto.	Johannes Jansson	1639	Lien externe
Centotrenta lettere inedite	Remigio Sabbadini	1884	Lien externe

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/eMSG/items/show/5?context=pdf

Bibliothecae Patavinae manuscriptae publicae et privatae, quibus diversi scriptores hactenus incogniti recensentur ac illustrantur, studio et opera Jacobi Philippi Tomasini,...	Giacomo Filippo Tomasini	1639	Lien externe
Francoys Barbare vénitien, De l'estat & gouvernement de mariage. Traduict du latin en langage francoys, par Martin du Pin.	Martin Du Pin	1560	
Les deux livres de l'Estat du mariage, composés en latin par François Barbaro Gentil-homme Venitien, traduction nouvelle avec quelques traités chrestiens & moraux touchant les offices domestiques, mentionnés apres l'epistre liminaire	Claude Joly	1667	Lien externe
Observationes miscellae. XXXV-LX.	Richard Volkmann	1873	Städtisches Evangelisches Gymnasium zu Jauer
Ambrosii Traversarii,... aliorumque ad ipsum, et ad alios de eodem Ambrosio latinae epistolae a domno Petro Canneto,... in libros XXV tributae...	Lorenzo Mehus	1759	Lien externe
Bibliotheca codicum manuscriptorum monasterii S. Michaelis Venetiarum prope Murianum: una cum appendice librorum impressorum seculi XV	Giovanni Benedetto Mittarelli	1779	Lien externe
De re uxoria : libri duo. Praemissa sunt duorum Poggii Florentini & Pauli Vergerii de hisce libris iudicia	Joachim Cluten	1612	Lien externe
Prudentissimi et gravi documenti circa la elettion della moglie, dello eccelente et dottisimo M. Francesco Barbaro,... nuovamente dal latino tradotti per M. Albert Lollio,...	Alberto Lollio	1548	Lien externe

Notice créée par Laurent Capron Notice créée le 15/05/2023 Dernière modification le 21/05/2025

De codicibus manuscriptis.

E magno numero codicum manu scriptorum qui res musicas contineant cum dignitate longe praestent duo Veneti et unus Vaticanus, ad Nicomachi autem textum constituendum plurimum valeat alter quidam Vaticanus, de his libris agam priore huius dissertationis parte, dein urbium ordinem alphabeticum secutus enumerem reliquos.

E Venetis autem libris priore loco contemplari iuvat V.
eum, cuius imaginem habes in tabula II expressam. hunc (1)
Frid. Bellermann, cum hymnos Mesomedis recenseret, non vidit ille quidem, sed ingenii acumine cogitavit et construxit. e versuum enim ordine plurimis in codicibus turbato exstitisse aliquando librum conclusit, in cuius duobus selidiis LII versus carminum ita disponerentur, ut in editionis pag. 26 descripsit et ut in hac tabula vides delineatos.[1] hic, quem V signavi in Bacchio et Mesomede (ubi Vaticanus nullus intercedit), est:

Venetus Marcianus appendicis classis VI num. 10, membranaceus, saeculo XII vel XIII[2] una eademque manu elegantissime scriptus ita, ut dimidiatis semper lineis bina in singulis paginis exstent selidia. insunt:

---

1 Paululum differre codicis ordinem in hymni II titulo demonstravi apud Fleckeisen, *Jahrbücher für Philologie* CXLI (1890) 684.

2 Ad saeculum XIII eum rettulerunt Mittarelli p. 973 (de quo infra p. XIV) et Max. Treu (Volkmanni observationes miscell. ad Plutarchum in actis annal. gymn. Juraviensis 1873 p. 4). Studemund qui olim de saec. XI cogitabat, scriptum eum esse dicit parte saec. XII posteriore. *Breslauer philologische Abhandlungen* I 3 p. 155. (Amsel de vi rhythmorum.)

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/eMSG/items/show/5?context=pdf

v. Ptolemaei harmonica,
(1) Ps. Plutarchi libellus de musica,
Porphyri commentarius in Ptol. harm. I 1—4,
Aristidis Quintiliani de musica libri,
Anonymi a Bellermanno 1841 editi,
Bacchius senex,
Dionysi ars a Bellermanno edita et Bacchio per errorem vindicata,
trimetri versus (infra p. 284 exscripti),
hymni III.

Qua aetate hic liber confectus sit, non satis bene constat. nam in primo involucro quae scripta erant de indictionibus plane evanuerunt, nec clariora dicunt quae exstant in fol. 1 post titulum Ptolemaei . . . *οἰκονομίας* νς ‖ *ἰουνίω* . . . ς . . . *γύρες* ξ. certius scimus, quorum ille hominum fuerit. nam ex ultimo folio, quod continet haec: *τῷ εὐλαβεστάτῳ καὶ πανιερωτάτῳ καὶ ἡμῶν αὐθέντῃ* (= effendi) *καὶ πατρὶ κυρίῳ σεραφὶμ Φαναρίου*, Sathas enucleavit fuisse codicem quondam episcopi cuiusdam Thessalorum. in Italia primo fuisse videtur Mantuae apud Victorinum Feltrensem. Ambrosius enim Traversarius[1] Camaldulensium monachorum princeps, cum a. 1433 Basileam ad concilium clericorum se conferret, vidisse se narrat „de musica volumina Claudii Ptolemaei et Quintiliani cuiusdam bene eruditi, ut ex stylo animadverti, et Bacchii Senis in eodem volumine". haec verba Mittarelli loco de quo postea dicendum erit rettulit ad eum codicem, qui nunc Venetiae servatur, et si non pro certo habebis, probabile quidem esse concedes. sed antequam ad eam bibliothecam veniamus, in qua Mittarelli hunc librum vidit, alia dicenda sunt eaque certissima. inscriptum enim legitur in ultimo folio verso: „in hoc codice continentur isti libri qui sunt Francisci Barbari quondam domini Can-

1 Epistolae VIII 50, p. 419. in alia epistula (51) scribit Nicolao obtinuisse se, ut Quintilianus ille et Bacchius eius (Nicolai) nomine transscriberentur. (ib. 419.)

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/eMSG/items/show/5?context=pdf

diani, quos emit a Georgio Trivisino". iam nolo v.
longus esse nec de Trivisanis, qui libros manu scriptos (1)
Paduam collegerunt[1], nec de iis Trivisanis, quibus Barbarus familiariter utebatur.[2] Georgius Trevisanus Paduae habitasse et pictor fuisse dicitur[3] anno fere 1437. Padua igitur translatus est codex Venetiam ad hominem cum omnium librorum tum Graecorum amantissimum e nobilissimo genere Barbarorum. ac Franciscus[4] ille Candiani filius ad orationes habendas, urbes moderandas, hostes etiam depellendos[5] saepe magnis honoribus delegatus, denique S. Marci procurator nominatus est. familiae hoc est stemma:

Candianus Barbarus († cc. 1410)

Zacharias Bb. († cc. 1424) — Franciscus Bb. † 1454

(Hermolaus mj. † 1471 Veronae episc. ser. theol.) — Zacharias † 1492

Hermolaus min. † 1493 Aquileiae patriarcha.

---

1 Tomasini, bibliothecae Paduanae p. 107. Blume, iter I 187. (habebant hi Ptolemaei et Aristidis codices chart. bomb. et Porph. chart. Tom. 115.)

2 Barbarus epistulas dat Zachariae Trivisano, qui a Venetis publice Romam erat delegatus. epist. IX 9. Giovanni degli Agostini, scrittori viniziani II 100. 35. Franciscus autem Trivis., monachus Certosinus, fuisse videtur Barbari confessor. Giov. p. 97 s. Bb. ep. append. IV 4.

3 Chevalier, Répertoire des sources du moyen-âge. p. 457.

4 Quirini in diatriba, quam praemisit Barbari epistulis. P. Giov. degli Agostini II. Mazzuchelli, scrittori d'Italia (1758) II 264.

5 Brixiam (Bresciam) cum a Milanorum impetu defendisset 1438, hoc bellum Gallicum litteris describendum putabat. cf. August. illum p. 80. [vitam Francisci Barbari enarrat ad annorum seriem Sabbadini, *Centotrenta lettere inedite di Francesco Barbaro* (Salerno 1884) p. 135 sqq. ceterum cf. Voigt, *Wiederbelebung des klass. Alterth.*[2] I 419—421.] B. K.

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/eMSG/items/show/5?context=pdf

v. hic Franciscus, qui de re uxoria librum Laurentio Medicco (1) dedicavit[1] plurimasque epistulas scripsit quae typis publicatae sunt[2], codicem suo more signavit.[3] tribus saeculis post ille liber fuit in monasterio S. Michaelis prope Muranum. Mittarelli enim, qui anno 1779 huius monasterii codices summa cura et diligentia descripsit, inesse dicit in n. 83 (p. 973) Ptol., Porph., AQ., „Plut. in musicam Ptolemaei", Bacchium. idem cum addat quae Barbarus in calce codicis notaverit, hunc ipsum codicem se dicere clarissime significat. quaerens quidem qua via liber Muranum venisse putetur, recordetur forsitan aliquis loci, quo Franciscum monachis Camaldolensibus libros summa liberalitate commodasse Joannes Augustinus (p. 41) praedicet, unde factum sit, ut multi illius libri postea invenirentur in Murano monasterio, — hoc tamen cave referas ad hunc Ptolemaeum, quem Mittarelli emptum in monasteri bibliothecam se contulisse ait (p. XVII). in illa autem insula cum male libri servari dicerentur, decemviri Veneti a. 1789 transferri iusserunt in bibliothecam Marcianam (hoc mihi communicavit Soranzo).

Hunc V ut in Mesomedis hymnis plurimorum librorum esse archetypum apparet e Bellermanni meisque[4] curis et aperte vides e tabula nostra II, — ita in Bacchii contextu recensendo plurimorum eum esse patrem vidi. cf. enim praeter notarum musicarum formas[5] verba ἀπ-

---

1 Scripsit adulescens XVIII annorum 1516. expressus est Parisiis 1513, Hagenoae 1533, Antverpiae s. a., Argent. 1612, Amstel. 1639. — versus ital. Ven. 1548, gallice 1537. 1560. 1667.

2 Fr. Barbari epistolae ab anno 1425—53. Brixiae 1753. ed Quirini, cf. p. XIII, not 4.

3 „In libro continetur" redire video in Porphyri cod., quem describit Mittarelli bibl. S. Michaelis n. 67, p. 956. — „iste liber" fere semper inscripsit, cuius rei vide exempla apud Joann. August. II 42 et Mittar. p. XVII.

4 Fleckeisen, *Jahrbücher* 1890. 681.

5 In singula signa abierunt notae 1 p. 293, 18 (ξ legitur in Marc. VI 2) et notae 4. ξr habet recens ille Marc. p. 294, 5 et φ pro n. 8, quae ex formis veteris V (in Monacensi et aliis

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/eMSG/items/show/5?context=pdf

ἔσχατον et *ἀπόμεσον* § 71, om. *οὗ δεύτερος* 76, habet *συμ-* v.
πέπλεκται 94, *ἐκφώνησιν* 98, *ἐπίτριτον* 101, 2 *τεθρήκω* (1)
101, 8. in Aristidis diagrammatis cum manifestissime codicum natura appareat, memoro hunc in primo diagrammate (p. 15 M) omittere *α* et ※. reliquo superiorum linearum ordine bene servato[1] ultima tabulae signa ita describit:



de harmoniis antiquissimis quoniam disputavi[2] in *Jahrbücher* 1890 p. 683, transeo ad Ptolemaeum. et huius initium in fol. 1 habet minio pictum hoc: † *βιβλίον πρῶτον τῶν ἁρμονικῶν τῆς μουσικῆς κλαυδίου πτολεμαίου.* dein scripta erant de tempore et origine quae legi non possunt. tum: † *πίναξ τῶν ἁρμονικῶν τοῦ πρώτου βιβλίου τῆς μουσικῆς.* et rubris semper numeris et initiis *α. περὶ τῶν ἐν ἁρμονικῇ κριτηρίων.* in 5 et 6 capitis argumento legitur *Πυθαγορίοις* et *Πυθαγόριος*, sicut in 9 *Ἀριστοξένιοι.* in 10 habet *ἡμίσεος*, in 11 *διὰ ὀκτ.* in 14 *μηδ' ἑτέραν.* titulorum tabulam sequitur minio inscriptum: † *Κλαυδίου Πτολεμαίου περὶ τῶν ἐν ἁρμονικῇ κριτηρίων* † *α'.* p. 1, *c* (litteras sumo ex Wallisii editione in 4[0] 1682) *μὲν* om. post *ἐστι*

---

libris fideliter expressis) facile oriebantur (n. 8 in V ⊥'), notae 11ª forma ibi est rotunda. quamquam haec omnia clarius oculis videntur quam verbis demonstrantur.

1 In AQ I 7 Veneto id est proprium (cum Mut.), quod exhibet B ante num. 26. notam 24ᵇ scribunt λ hic et Vat. 192 et Mut. signum 30ª hi habent ⋲ (ita et Neap. 4), illi Є, et 30ᵇ eodem modo scribitur. in signis 12ª 11ᵇ 12ᵇ Ven. rectos habet angulos E; item in 5ᵇ Π, formas rotundas praebent U al. signum 19 in Ven. ⊣, in Vat. Neap. gps. Y, sim. in Mut., in aliis contra aut V aut ⱴ.

2 Vera sunt signa in V: dor. 7ª et lyd. 7ᵇ ⊏, dor. 8ª ⊐ dor 5ᵇ, phry. 5ᵇ, ion. 6ᵇ < (hoc ult. est Є in U), phry. 6ª et 9ª rectis angulis picta sunt. phry. 8ª P mai. (numeris utor ut Bellerm. p. 67.)

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/eMSG/items/show/5?context=pdf

v. habet ÷ ut animos advertat ad rem definitam. *c* τὸ
(1) om. ‖ *g* ἐστὶ τὸ τοῦ μὲν. 2 *k* τοῦ δὲ ἀ | omittit figuram. | αἰσθήσεως οἰκεῖα, τὰ δὲ λόγου. post διαφορὰς habet ἐπί, sed alia manu supra inscr. ἀπό, et in τῶν δι' αἰσθήσεως νοητῶν item inscr. τὸ .. νοητὸν. p. 39 in ὥς τε *ε* in ras., forsitan erat τό. μήτε τὸν τῶν αὐτ. habet in textu, inscr. τὴν. denique moneo in p. 22 omitti figuram et omitti verba (*x*) ὥστε τὸ αγ γίνεσθαι δὶς διὰ πασῶν, unde apparet Wallisi codices Savilianos (A et B ille notat, ego 80 et 81) ad hunc accedere proxime. Monacensis autem 215 ut in Bacchio et Mesomede, ita in Ptolemaeo hoc exemplar accuratissime repetit, concinunt iota tum subscripta tum omissa, accentus (ut μὴ δέ), signa ÷ quibus aut ostendit V definitiones (ut in lin. 1) aut spatia explet (ut p. 13, 7 Wall. min. post διήκουσα). eorum autem quae correcta videmus in V, cum partem agnoscat Mon. (ut καὶ 8, 21 post φαινόμενον. τῶν δι' ὧν pro τοῦ δι' οὗ 9, 21), partem ignoret (ut quae minio inscripta sunt 13, 5 ἢ μεγέθους ἢ πλάτους ὑπερέχον), de correctionum diversa aetate certiores fimus. — Finitur post γινομένων III 14.

De huius filiis et nepotibus quoniam multa contuli in Bacchi editionem Arg. 1890 p. 27—31 et in *Jahrbücher* l. l. aliaque infra demonstrabo ubi ad singulos libros venero, nunc satis habeo praemittere hanc stemmatis tabulam:

Venetus Marcianus appendicis VI 10.

Monac. 215. x

Par. 2532 Ber. 1555 Ma. VI 2 Neap. C 1.

Lugd. Hamb. Barb. Par. 2458 Mut.

eiusdem sunt familiae Neap. III C 5. Par. 2460.

a. M. est Venetus Marcianus appendicis classis VI, n. 3,
(2) membranaceus, 4° mai, S. XII. insunt:

in fol. 1—8 Ps. Euclidis isagoge,
9—17 Euclidis sectio,
17—66 Aristoxeni harmonica,

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/eMSG/items/show/5?context=pdf